



2b. 15



VOTA FRATERNA

Quæ

Clarissimo ac Consultissimo Viro

D. BETHMANNO HERDE-
SIANO J. U. D. Dicastrij Electro-
ralis apud Eidelbergenses Ad-
vocato ordinario.

Fratri Germano Karifs.

Ex Electorali Brandeb. Academia ad Viadrum
Fratres transmittunt

Pro

Secundis successibus

tam

Laureæ Doctoralis in Augusta Rauracorum
cum honore adeptæ

quàm mox

Conjugij in incluta Eidelberga so-
lemniter contracti

Cum

Amplissimi quondam Consultissimiq; Viri

D. JOANNIS SCHONERI J. U. D.
Feudistæ celebr. Consiliarij Ar-
chipalatini

Relictâ viduâ &c.

Foemina lectissima &c.

Excusa Typis JOHANNIS EICHORN.

00.
76



VOTA FRATERNA.

Nec meus incassum sumtus, BETHMANNE, locatus,
Vota nec orantis cassa fuere Patris,
Dum te Neccrino præcellens nectare fouit
EIDELBERGA, tibi fauit ubi alma Themis
Dum te NEBELIUS, colimus quem patris ad instar,
Juuit & HOFFMANNUS BACCOVIUSQUE grauis,
Et GOTHOFREDUS apex legum, vel nobilis aula
LINGELSHEIMI ADES gloria fax & bonos
Quis mea, si qua fuat, Themis atq; Thaleia rependunt
Pro meritis grates, dum mihi vena catet.
Grator quem tribuit merito Basilea decorem,
Et laurum curis premia digna tuis.
Gratulor officium, quod curia detulit alta,
Jura Palatino promere prompta foro.
Gratulor & lecti sociam, lectissima cujus
Pectoris expertus dona SCHONERUS erat,
Felix, cui prudens sociatur foemina, claris
Edicta qua laribus, nobilitata fide;
Joua, precor quicquid conaris, ut impleat ausum,
Fortunetque tborum pignore, & ore forum.
Sic Genus ad Nicrum, Viadrum, ac in Noridos urbe
HERDESIANORUM floreat exterâ humo.
Floreat in publica longissima commoda cura,
Cura sit nostrum cura precesque DEO.
Esto DOMUS BETHMANNE tuæ VIR fortis, origo
Fert ut Idumæa, aut plurima MANNA DOMUS.
(Beth. Hebræis domus)
Vel maui nostrâ id deriuauisse loquellâ
Qua PRECIS adsereris VIR, prece Jova tuus.

VIR

*VIR que vireto PRECUM studio, Pietatis amore,
VIR PRECE fer curam, curiam adito PRECE.*

ἐὺφρονας ἔπειτα F.

CYR. HERDESIANUS J. U. D.
& in illustri Francofurtana
Prof. Pub.

A L I U D.

*Cum tibi nuper BASILEA laurum
Contulit Frater meritam, laborum
Premium, HEIDELBERGA tuasq; pergit
Promere laudes.*

*Cum tibi clarâ dederat maritam
E domo, verâ pietate, mentis
Corporis vel dotibus eminentem,
More probatam.*

*Admones nam me officij & laboris,
Ordo quod nunc me medium reposcat
Fratrem, ut insistam studijs Camœna
Atq; Themistos*

*Interim partum decus ac honores
Gratulor, & lecti sociam modestam,
Prosperet vestros DOMINUS penates
Prole ferace*

*Sic precor, nostras feret ille curas,
Cujus experti sumus undequaq;
Utiles vires, & opem manumq;
Tempore utroq;*

*Tu vale, Frater, Themidos sacerdos,
Et domum nostram decorare perge,*

Pub.

Publicis curis moderata cura

Pectore forti

F. Honoris ac amoris causa

JOHANNES HERDESIANUS.

A L I U D.

S Cilicet in DOMINUM qui remq; decusque reponit,
Nunquam confusus nec desolatus abiuit,
Semper habet quo se soletur Numine, nunquam
Ille eget à DOMINO, cuius spes pendet amorque;
Tu nobis iterum præbes, Clarissime frater,
Exemplum vivum, quo nos quoq; rite minores
Natu Germanos Fratres compellis eodem
Tramite tendamus, nostros hil. arare parentes
Atq; genus decorare, labor tuus impiger urget,
Urget, & exemplum Fratrum, vestigia quorum
Fas erit & premere Christo duce & auspice Christo;
Interea Germane tibi de pectore toto
Gratulor emeritam laurum, tibi proemia grator
Parta & sincero connubia pectore grator,
Faxit cunctipotens, ut prospera cuncta redundent
In Domini laudes nomeng; decusq; perenne,
Inque Reipublicæ curam, generisq; decorem,
Vive valeq; diu, Frater cum conjuge dulci,
Ut per te Nicrus quoq; germinet HERDESIANOS.

Honoris ergò F.

CHRISTOPHORUS HERDESIANUS.



Ja 666

ULB Halle 3
002 177 021



5b-700

V017

MC







Farbkarte #13

B.I.G.

TERNA

00.
76

Primo Viro

DO HERDE

sterij Electo-
enses Ad-

io.

Karifs.

emia ad Viadrum
tunt

sibus

sta Rauracorum
eptæ

x
idelberga so-
racti

sultissimiq; Viri

DNERI J. U. D.

onsiliarij Ar-
i

Ec.
ma &c.

IS EICHORN.